



Lwowska Narodowa Naukowa Biblioteka Ukrainy im. W. Stefanyka.

Odział Rękopisów

Zespół (fond) 4

ZBIÓR RĘKOPISÓW BIBLIOTEKI BAWOROWSKICH

Dział 1

1092. Oddo Kontenowicz O.I.B. Kontynuacja dzieł Stanisława Szczygielskiego

1) Tinecia 2) Series Abbatum Trocensium.



STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

1092

~~IV 9 10~~

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ім. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 4 (Бав.)
ОПИС 1
ОД. ЗБ. 1092

V 83

I
do Bibl. fund. hr. Bawonarky

Manuskryp L. 1092.

IV. G. 10.



Par

O. W. Leotdrskiego Com. Padesmpt.
1916

K. P. 2130

(zob. Archa biblioteczna 1916. L. 61)

Oddo Kontenowicz O.S.B.

Kontynuacja dzieł Stanisława Szczygielskiego O.S.B.

1) Tynecia. — 2) Seriej... Abbatum Trocensium.

Miscellanea tynieckie.

Uwaga.

Biblioteka seminarjum duchownego w Tarnowie posiada tom dzieł Stanisława Szczygielskiego O. S. B., na który się składają następujące jego dzieła: *Aquila Polono-Benedictina*, *Tinecia*, *Series et Notitia Trocensium Abbatum*, *Pharus Benedictina*, *Liber Penitencialis*.

W r. 1814. O. Oddo Kontenowicz¹⁾ O. S. B. (v. Chotrowski: Ostatnie lata Benedyktynów w Tyniecu) na szeregi do powyższego tomu wklejonych kart skreślił:

- 1° Po *Tynecy* uzupełnienie żywotów Opatów Tynieckich, porządku od Józefa Lubomirskiego.
- 2° Po „*Series... Abbatum Trocensium*” kontynuację żywotów Opatów Trocckich, porządku od Stanisława Szczygielskiego.
- 3° Po „*Pharus Benedictina*” szereg *Miscellaneów Tynieckich*.

Niniejszy manuskrypt jest kopią owych notat O. Kontenowicza.

Młb. - Archiwum konsystorskie w Tarnowie posiada wiele aktów, dotyczących Tynieckiego Opactwa, tak w osobnym fascykułe, jak i w dawnych aktach parafii i przeorstwa w Tuchowie.

Archiwum miasta Tarnowa posiada manuskrypt: „*Inventarium Bonorum Abbatiae Monasterii Tynecensis... connotatum A. 1689. . 23 Julii.*”

¹⁾ Stanisław Oddo (imię zaronne) ur. w r. 3^{ty} 1735 w Rosieniach na Żmudzi, sioły pro-ferys z 3^{ty} 1758, został kapłanem 21^{ty} 1761.

(Continuatio Syneciae) Continuatio I.

Historiae Monasterii Synecensis, Benedictinorum, olim per A. P. P. Stanislauum Szarzyński composita et typo impressae, ad 1668. Annum terminando. Dein per P. Odonem Kontenowicz, Benedictinum Syn. Subpriorem, ab Anno 1781. ulterius, cum Annis sequentibus continuatae, ex manuscripto Eiusdem hinc loci specificanter subrequi Abbat, tam Commendatarii, quam et Claustrales Synecenses tenore sequenti desumpti, videlicet.

Josephus Lubomirski, Commendatarius Abbas XI.

Hieronimo Lubomirski Ex-Abbate Synecensi fortiter instante, Joanne III. Poloniarum Rege gratiose praesentante, a Conventu Synecensi per vota eligente, seu potius postulante, Authoritate Summi Pontificis, Josephus Lubomirski de Stirpe Principum et Comitem in Wisnicz et Jarostaw Anno 1685. Archi-Coenobio Synecensi providetur Abbas Commendatarius, minorum Ordinum Clericus, qui plenariam tam in spiritualibus, quam et temporalibus, sibi commissam Synecensem Familiam dignis Principe rexit virtutibus, multisque gratiosis Archi-Coenobium Syn. nobilitavit impertitis Privilegiis. Celsissimo Principi et Archi-Abbati dignissimo Annus 1809 supremus fuit, et vitae aeternae initium. Praefuit Synecio 24 Annis. Anno 1803. idem cels. Abbas una cum Conventu Syn. officiose incorporavit Bona Siedliska et Luborzowa Ecclesiae Marianae

Tuchoviensi et beneplacitum Romanum procuravit.

Stanislaus Szembex, Commendatarius Abbas XII.

Patriae gratus odor, e heroico Rosarum stemmate natus Stanislaus in Stupow Szembex, omnium domi forisque virtutum suavissimum odorem per universam Poloniam diffudit, nemo in ejus Avitis Rosis spinas invenit, nisi qui hostis Patriae, Religionis fuerit; perbelle suspexit Orbis Polonus. Stanislaum Szembex toti Patriae suae Poloniae bene profuturam quapropter ad instantiam Cunctorum serenissimus Augustus Rex Poloniarum affectatum Szembex ex Dignitate Episcopali Cathedralium Vladislaviensis et Pomeraniae Primum Principem Regni et Archi-Episcopum Status Spiritualis, deinde Anno 1709. Archi-Abbatem Tynecensem extollere non distulit, et intimo Regio affectu dignum aestimavit, novas palmas addere non desijt, sciens virtutem bono publico natam semper debere in actione consistere. Merita Archi-Praesulis, quibus Poloniam illustravit, ut Nos taceamus, loquentur volumina Librorum; beneficia quibus Archi-Coenobium suum Tynecense ditavit, in Actis Capitularibus Tyn. ferreo stylo exarata aeviterne manebunt. Postquam hic munificentissimus Archi-Abbas 13. Annis Tynecio praefuit, Anno 1722. morte praeventus desijt benefacere, cujus memoria sit immortalis.

Theodorus Potocki, Commendatarius Abbas XIII.

Claritudo Generis et pulcherrima animi ornamenta, quae omnium
oculos, non tantum Procerum Regni Poloniae, in Theodorum de
Potok Potocki convertit, sed etiam Seren. Augusti II. Poloniarum
Regis, qui summis illum destinavit honoribus pro necessitate et
bono communi locuturum, nec incassum Regia vota, desideriaque
abire. Favente sibi gratia Regia Theodorus Potocki per gradus di-
gnitatum ascendendo tandem Anno 1722 ad supremam dignitatis
apicem pervenit Palio Archi-Episcopali, et Lauro Primitiali
decoratus, et simul Abbatiati Tynecensi sede suffultus, unus super
omnes extulit caput, et bene Poloni etenim hodieque Eius
praecelara gesta, Tynecium vero Eius amplissimas gratias et
munificentissima Dona commemorat. Frequens fuit digna magni
Praesulis hujus vox: malle se de suis facultatibus alios erigere,
quam de alienis pinguescere. Ipse est, qui gratis Tynecio suo
donando pretiosam Crucem Pectoralem adamantinam, cum aurea
catena Thesaurum Ecclesiae Tyn. ditavit, tandem sacro apparatus,
videlicet: Cappa et Planeta cum uniformis Dalmaticis, de tela
puro auro texta, antiquae aestimationis, eandem Tynecianam Clau-
stralem Ecclesiam decoravit, quae haec omnia memori adeo mente
Tynecium reponit, ita ut nulla ingrata oblivio, nullaque aetas ex
animo delebit unquam. Tynecio hic Archi-Praesul praefuit Annis 13,

nam Anno 1738. primis Aprilis valedixit mundo; sic amissum tota
 Communitas Synecor. ceu Patrem luit.

Christophorus Szembec, Commendatarius Abbas XII.

Iterato de Familia Szembecorum Regali gratia, Apostolica vero autho-
 ritate Anno 1739 Synecio providetur Abbas Christophorus in Stupow
 Szembec, Primas Regni et Archi-Episcopus ex omni parte vere
 Celsissimus, non ideo, quia nobile Genus ab Avia Rosarum duxit,
 non quia divitiis, opibusque praecessit multas, non quia Censoriam
 Virgam, Facisque genuit, sed quia pro Deo sprevit, quae mundus amat,
 non Avorum gloria, sed propria virtus in pretio Illi fuit, qua-
 propter dignis Principe virtutibus commissam sibi Synecianam fa-
 miliam benigne ab initio coepit regere et gubernare, cunctis in
 familiaritate se praebuit suavem, securum in conversatione, expositum
 in accessu, mitissimum in rigore regimini, clementiae non justitiae
 rigore regerat, universis plena paterno amore offerebat pectora
 sua, per quod iure merito in aevum cunctorum possedit corda.
 Dum sic suaviter paucis temporibus praest Synecio suo Prae-
 sulum, in ordine Benedictino-Polono succedenti mutatio dexterarum
 Excelsi interponit novam Epocham: Rex et Principes Regni Po-
 loniae inito consilio una cum Romana Curia volunt omnino
 per Regnum Poloniae de fundationali substantia ditiorum Mo-
 nasteriorum exdivisa esse bona pro Commendatariis Abbatibus,

7.
dictum factum est (Vide infra Exdivisionem Bonorum Synecensium
Instrumentum.) Sic perverso statu Syn. regulari omnia aliter sunt. Sy-
necenes Monachi toties affectatam et multoties speratam Congregatio-
nem Benedictino-Polonam abhinc iam firmo actu suo officiose
Anno 1739. amplectendo Congregationem Benedictino-Polonam; deinceps
amplius iam recusare coeperunt subesse in post iurisdictioni Abba-
tum suorum Commendatariorum et hanc iurisdictionem a se claustra-
libus Prioribus electis pleno iure in spiritualibus et temporalibus
committunt. Priores Syn. hanc supremam Auctoritatem ambiendo
unus post alium in spatio unius anni non pauci in gloria suc-
cessere. Dum sic in confuso perversitur Ordo tertius interveniens
Benedictus Bartoszewski, ut infra, gaudet Abbatiati honore. Cel-
sissimus Abbas Commendatarius Christophorus Szembek alternan-
tibus sic novitatibus, haud Patrum suum mutavit erga Synecen-
ses affectum, minime humanitatis sibi immotam clementiam, cae-
teris raram, semper gratis suo Synecio praebebat, tandem Anno
1757 ad superos evasit. Praefuit Synecio 18 Annis, quae Com-
mendatarius Abbas Syn. in spiritualibus et temporalibus
ultimus.

Continuatio II.

Abbatum Claustralium Monasterii Tynecensis Benedictinorum ab Anno 1745. revindicationis Abbaciae Claustralis Tynecensis. ad Annum 1786. De antecedentibus Abbatibus Claustralibus ab Anno 1044 ad 1668 hucce loci vide supra. Continuationem vero Abbatum Trocensium vide infra.

Stanislaus Benedictus

Barborewski, Ord. Sⁱ Bened. Abbas Claustralis LIX.

Quam bene conveniant et in una sede morentur virtus et doctrina vita Stanislai Benedicti Barborewski monstrat compendio. Hic Nobilis genere, natione Lithuanus, Benedictina Professione Nesvisiensis, Paterno nomine Stanislaus, regulari autem Benedictus, Barborewski in Benedictina Palaestra stricte imprimis probatus, qui religioso spiritu omnia dura et aspera aequo tulit animo, magna ferendo depressus, non ideo in religioso Antro latuit inglorius, doctrinae, obedientiae et humilitatis splendor brevi caput extulit altius, celeberrime magnum nomen Stanislai Barborewski ubique fecit. Ut cum Infula Monasterii Nesvisiensis vacaret, concordia Fratrum vota in Ipsum conspirarent, cogitur esse Abbas, nec in hoc Dignitatis gradu stetit virtutis honos, sublimis rebebatur fastigium Ei, quo altius in alios sese diffunderet, nam enim Anno 1732 a cunctis pro Capitulo generali Congregationis Benedictino-Poloniae congregatis Benedictinis, Praesidem Generalis Congregationis proclamatus, utub erectae per Regnum Poloniae. Tandem expleto sui Regiminis triennio et deposita quinquennialiter suscepta Nesvisiensis Abbaciae Infula unanimi voto Generalis Capituli Benedictino-Poloni Anno

1741 totius Congregationis Benedictinae - Polonae ad Romanam Curiam designatur generalis Plenipotentarius et Procurator causarum totius Congr. Benedictinae - Polonae, libenter Ille hoc munus accepit, sciens hanc praecipuam sibi auream messem fore, ideo vicino pede, virtute duce, comite fortuna, brevi accinxit se itineri versus Romam et profectus est statim ad Italicas Nationes, quo feliciter perveniens, appime hoc fructum servare studuit, videlicet, dum veneris Romam, Romano vivito more, sic se Ille accomodando Stanislaus Benedictus Bartorewski, Lithuanicus sibi innatos mores brevi fecit esse Italicos, quapropter Stalis a corde effectus exstitit et confrater et amicus; per universam Romam magnum Bartorewski Nomen spargebatur et ab Stalis vi Lithuano - Bartosini praenominebatur, sic familiariter sibi Stanislaus Bartorewski faventibus Stalis, quaecumque voluit feliciter fecit. Et imprimis perbelle sciens Ille fertiliorum esse semper in alieno agro segetem, ideo illi prima fuit cura auctoritate Procuratoris, Tyneccensis Monachis procurare, vix non ab Anno 1668. oblitteratae ad 1745. Abbatiae Claustralis Tyn. revindicationem, quamvis a conventu Tyneccensi nunquam de hac revindicatione fuerit precatus, imo penitus de hac revindicatione et ignavis et nolentibus. Propitio sibi Summo Pontifice Benedicto XIV Anno 1743 die 6. Aprilis Papalem exportavit Bullam pro erectione vix non oblitteratae Abbatiae Claustralis Tyneccensis per 136. Annos in Commenda manentis. Post sic revindictam Infusam Abbatialem Claustralem Tyn. de plenitudine ejusdem Apostolicae Potestatis primus post revindicationem Abbas Monachus

Claustralis providetur Synecio Stanislaus Benedictus Bartoszewski. Cuius gratiosae Apostolicae Provisionis pro persona Stan. Bartoszewski Bullae Copiam placeat videre hicc loci infra. His in Curia Romana prospere procuratis Stan. Benedictus Bartoszewski Abbas Synecm. provivus properatim in Poloniam revertitur, Bullam revindicationis Abbatis Syn. intimaturus Patribus Synecensibus, quae dum in Capitulo Syneceni publicatur, magnas grates Ipsi Conventus Syn. pro revindicatione Abbatis Claustralis refert. At dum Synecio producit aliam Bullam Provisionalem in personam sui emanatam pro capienda Abbatiati possessione in Monasterio Syn., qua Bulla speciali in personam Stan. Benedicti Bartoszewski in eodem Capitulo Syn. perlecta, Patres Syn. obstupere silentes haec audiendo, converisq; oculos inter se tenebant, nihil ex templo respondentes, nec mirum. utique subita et improvisa facile de statu rationis passiva rejiciunt etiam et audaces. Capitulo tandem alio opportuno tempore indicto capitulaliter in unum officiose Patres et Frater Synecenses. circulaarem inter se vicariam faciunt consultationem, quomodo proviso Stan. Benedicto Bartoszewski Abbati praepedire ad Installationem imminetent; hinc post varios. sensus tandem Ipsi visum fuit, posse non subsistere pro Stan. Benedicto Bartoszewski publicatam Papalem Bullam pro capienda Possessione abbatiati Syn., objectis Ipsi in Curia Romana quibusdam impedimentis, et explicatis suis firmis Privilegiis, de hac re olim in Curia Romana gratiose obtentis, tum etiam Consuetudinibus non interruptis, antiquitatis, et approbatis, quorum vigore visum Ipsi fuit intimam, publicam ac liberam Abbatis Claustralis Synecensis, olim consuetam Electionem pro die 22. Febris in sequenti Anno 1744., hoc

autem temporis spatio et Installationem Neo-Provisi Abbati Bartorensi
 praecipiant et Ei obedire recusant. Tandem, ut supra, mentionata die et
 Anno, uti ex praevius suis Innocentius, legitimo in termino capitulariter
 omnes Patres et Fratres Synecensis Monasterii officiose congregati Elec-
 tionem Abbatis Claustralis Syn., posthabito Provisio, instituunt et per
 concordia sua vota in Abbatem Claustralem Syn. elegerunt Cantium
 Janielski, Benedictinum, Professione Syn. pro tunc abbatem actualem
 Monasterii Vetero-Trocensis et Congregationis Benedictino-Poloniae
 Praesidentem Generalem, sic electum in spe ratificationis per suum
 supplicem Libellum via postali transmittendo Romam Summo Ponti-
 fici praesentant et recommendant una cum omnimoda sua submissione
 et protestatione, quod per talem suam vigore Jurium electionem Abbatis
 Claustralis Syn. ad praesens praesentati, per praesentes suas Litteras
 noluerint Supremae Sedi Apostolicae contraire, sed hoc factum
 fuisse ex permoventibus rationibus contra Stan. Benedictum Barto-
 rensi neo-Provisum a Sede Apostolica, ut reosive reclusa
 scheda luculentius veritatem canebat, nec non ex vigore suorum
 Privilegiorum, ut allegat specificat abunde, hoc se fecisse profensi
 sunt, attamen per omnia paratos se Supremae Sedi Apostolicae
 Voluntati et Iudicio se subesse declararunt, quod Ei placitum
 fuerit hac de re, vel per nos electum canonice Abbatem Syn.
 Cantium Janielski confirmare et ratificare, vel superrime de ple-
 nitudine Apostolicae Potestatis provisum Abbatem Stan. Bene-
 dictum Bartorensi iterato reprovidere. Stan. Benedictus Bar-
 torensium, Abbas provisus a Sede Apostolica, Votis Capituli Syn.
 electivis frustratus, non parcendo suis expensis et incommodis iterato
 Romam personaliter adivit et suam causam subatus est. Romana

Curia ab utrinque praemature discussis controversiis et objectionibus purgatis iterato nuperimmo a Sede Apostolica provisum Abbatem Claustralem Tyn. Stan. Benedictum Bartorewski Auctoritate sua suprema reprovindere dignata est, et mox incontinenti sua definitiva hac in re sententia Anno 1845 promulgata, uti fufius in decreto, ut infra sub Litt. (c) vide, pro hac sola vice cassata electione Conventus Tyn. in Personam Cantii Janieloxi facta, decernit. Sic iterato gloria et honore Stan. Benedictus Bartorewski Abbas Claustralis Tyn. provisus et coronatus eodem Anno 1845. Abbatia-
 lia Insignia, iam nemine contradicente, de manibus Episcopi Cracoviensis officiose accepit et Abbas Claustralis Monasterii Tyn. proclamatus fuit. Sed, om. saepe nesciunt homines, quid sibi prosit, et qui sibi praesse Stan. Benedictum Bartorewski Abbatem metuebant, brevi Eius celeritatem et gratiam sensuerunt, utique Ille est, qui religiosam observantiam, humana fragilitate labefactam, correxit, saluberrimis suis statutis solidavit. Ille est, qui bona Conventus Tyn. foundationalia, alia male oppignorata, alia incaute invadiata, alia alienata et inique occupata animose ab alienis unguibus eripuit, vindicavit, non parcendo suis propriis sumptibus exemit et Tynecio suo incorporavit possidenda denuo. Benedictus Bartorewski, Abbas Tyn., perbelle sciens quod non possit auctoritatem habere sermo, nisi non juvatur exemplo, ideo omnia bona et sancta factis amplius, quam verbis ostendebat, juxta monitum Apostolicum arguebat, obsecrabat, increpabat, misericors semper temporibus tempora, terribibus blandimenta, durum Magistri pium Patris saepe ostendebat affectum. Ille est, qui per necessariam Exdivisionem Bonorum pro Abbate Claustrali Tynecensi et pro Fabrica Ecclesiae et Monasterii Tyn. exdivisit. Ut infra (d). Tandem Annus 1862. Stan. Benedicto Bartorewski, Abbati Tynecensi, fuit ultimus vitae, nam die 10. Aprilis morte oppressus desijt vivere et in media Ecclesiae Coeno-

bialis Tyn. in humulo repositus in pace requiescit.

Florianus, Amandus

Janowski, Abbas Claustralis LX.

videlicet post revindicationem Abbatiae Tynecensis II.

Patri si nomine Florianus de Janowen Oxera Janowski, Benedictina professione Amandus dictus, a nobili sanguine ductam Prosapiam nihili sibi duxit, nisi Auitam, candor animi, morum Paternarum bonus odor exornaret. Qui dum mundi, aut vanitate, aut voluptate imminentem timet pruinam, Anno 21. iuventutis suae in Monasterio Tyn. Anno 1745. facta Professione brevi sanctiores vitae suae fecit progressus, ut jam major privata cella par virtuti esset honoris Fastigium. Anno 1762 votis Conventus Tynecen. Abbas Claustralis Tynecio eligitur. Is primos suae praedaturae annos bene et fideliter sibi fauenter numeravit, successere postea tristes Procellae, nam Anno 1768 irruere bellici furoris motus, gliscentique Polono-Confederationis turba, turbata fuere in Regno Poloniae omnia et Domino Abbati Tyn. tristes Curae imminere in dies haud cessabunt, sed Annus 1791 tristior fuit. Ipsi nam hoc Anno Confederatorum Duces de Monasterio Tynecensi, Abbati et Monachis ex hunc exesse proclamant et a Religiosorum Cellis, ab Abbatia et omnibus Officiis Claustris sibi claves comportare iubent, et ex Monasterio Tynecensi Castellum formare coeperunt, ut se tutius exinde contra Moscorum impugnationes defendere queant. Cum sic factum sit D^{nu}s Abbas suos extores Monachos per loca sibi particulariter subjecta, ordinate dismembrando, Ipse etiam ex sic occupato Monasterio Tyn. in suam Civitatem Tuchow abiit, relinquendo in Tynec omnia, quae sua et Monasterii fuere. Quem tandem tanta afflictio finem invenit. Em. Anno 1792. Caes. Joseph II.

revindicando sibi Galliciam orientalem et Lodomeriam absque proelio, haec
 Regna recuperavit, Polonis silentium indixit, oppressis Sycolis pacem restituit,
 qua sic restituta et Abbas se quoque Monasterio suo Syneceni restituen-
 do tristi animo nimis ingemuit videndo in Syniec desolationem inexplica-
 bilem. Anno 1742. per Moschovitas oppugnantes Confederatos in Mona-
 sterio Syniec totum Monasterium succensum et combustum, Ecclesiam coe-
 nobialem superlime novo Tecto ex cupro contextam cum Turribus pe-
 nitus combustam cum Campanis et Turrali horologio, invimul suam Abba-
 tiam, Foristeria, Braxatorium, et alias claustrales Officinas, et Ecclesiam
 in Syniec Parochialem et villam Syniec in pulvere et cinere squa-
 lentes succendio bellico, ad nihilum redacta. Haec omnia ingemuit
 Abbas infelix. Et quamvis tam exilio, quam jactura fortunae suae,
 incommodis et bellico igne fuerit probatus, tamen magnanimus Praesens
 non cadit animo, omnem spem suam in Deo ponendo, volebat semper
 dicere: melius cras fore; hinc immemor praecessorum malorum animose
 coepit restaurare aedificia, quae furor bellicus destruxit, non parcendo
 sumptibus, tam suis propriis, quam et Conventus Synecensis et sic
 composita manu restauravit Claustralia Moenia et Abbatialem novis
 lectis contextit, Ecclesiam Coenobialem cum Turribus novo cupro sum-
 ptuose cooperuit, Campanas novas comparavit, Horologium magnum cum
 requisitis duabus Campanis, itidem magnis novis in Turri locavit,
 Ecclesiam Parochialem in Syniec, penitus per bellicos hostes demo-
 litam, a fundamentis mirando erexit, verbo: omnes Claustra et
 Abbatiae Syn. Officinas ad primum perfectum statum splendide
 reduxit. Cum autem placuerit Aug. Imperatori Josepho II cum be-
 neplacito Romano ex media parte Dioecesis Cracovianis, situata in
 orientali Austriaca Galicia, novam Dioecesim, sub titulo Sarnovianam,

erigere, Idem Imperator eiusdem Dioecesis Tarnov. primo primum Episcopum Tarnoviensem Florianum, Amandum Janowski, Abbatem Claustralem Tynecensem nominavit. Qui nominatus Anno 1786. die 24. Febr. qua Episcopus Cathedralam Tarnoviensem ascendit et abhinc Abbatia Claustralis Tyn. vacare coepit et forsitan in aevum vacabit restituta Bonis Abbatialibus, ut infra (e) pro Abbate Claustrali exdivisis, quia haec omnia Bona statim post Installationem Episcopi Tarn. Caes. Reg. Camera incamerando divendit. Qui a natiuitate sua numerando 76. Annos vitae suae, die 4. Januarii Anno 1801 vivere desit Tarnoviae et in communi Coemeterio Tarnoviensi, extra muros Civitatis situato, sepultus requiescit, Florianus Janowski Episcopus Tarnoviensis primus et ultimus fuit, nam post mortem ejus Dioecesis Tarnoviensis cassata fuit.

Hic abbas Tynec. successit 1806. Udalricus. (statuie idanie dopivane pree xogoi in nego.)

Continuatio seriei Abbatum Trocensium.

Stanislaus Szczygielski, Abbas Trocensis XXV.

Vit ad virtutem pariter et doctrinam Stanislaus Szczygielski apprimè in Archi Monasterio Tynecensi formatus et hinc (ut docti plerumque libros amant) nullibi illi extra Chorum sedes, quam vel in cella inter libros, vel in Bibliotheca erat; sedulo illum quivis occupatum inter legendum saepe advertebat, quam ob rem lectione assidua, meditatione continua pectus suam Bibliothecam fecit, et bene, nam in dylti sui Monasterii Tyn. tam utilitati, quam et decori strenue consuluit, cum et primus et solus illud suis scriptis apprimè illustravit, a primæva enim illius fundatione res gestas memorie dignas, antiquitate celebres, hinc inde sparsim notatas sedulo in unum hunc librum, typo impressum, non sine labore colligendo, alium scripsit Librum intitulatum Aquila Polono-Benedictina, alium Historia Tynecensis, alium Peathicus de Commendis Regularium, alium Pharus Benedictino. Ille est, qui a prima fundatione ab Anno 1044. ad 1668. omnes claustrales Abbates Tynecenses, digesto ordine et successione cum elogiis, ipsius competentiibus, abunde conscripsit, nec non et Commendatarios Abbates Tynec. ab Anno 1604 ad 1660 enumeravit ordine. Et ne quis putet tantum in cella et Bibliotheca Szczygielsicium hæsisse plura de ipso dicere cogor. Stanislaus Szczygielski ob præclara sua merita et talenta imprimis fuit promotus ad regendam Præposituram Curatam Tuchoviensem, quo in munere et officio Pastoralis ad amissim satisfaciendo obligationi suæ reliquum temporis supervacanei in conscri-

plione, ut supra, specificetorum librorum convertebat. Tandem Anno 1686. unanimi votorum suffragio vacantem post mortem Stephani Kobierzyni Abbatiam vetero-Trocensem regendam suscepit, susceptam digne administravit; hic jam vidisset in Illo veri Praesulis effigiem, verbum Dei ferventi zelo, non tam auribus, quam suorum cordibus instillantem. Postquam vigilantissimus Praesul Monasterio Trocensi 9. praefuit Annis, Anno 1685 sponte et plenarie suam hanc Abbatiam resignavit, et post resignationem Anno 1686 cessit esse cum filiis hominum.

Sigismundus Ladowski, Abbas Trocensis XXIII.

Breves dies hominis et numerus mensium ejus apud Deum est: constituit Ille terminos ejus, qui praeteriri non possunt, hujus statuti vigorem subsequens historia demonstrat. Anno 1685 die 29. Maii in Abbatem Trocensem pluralitate votorum Sigismundus Ladowski eligitur, vir ingenio florens, scientia pollens, viribus bene valens, nec senio, nec senectute squalens, sic electo cuncti applaudunt, millena Spi dant vota, centenas exoptant annos diuturnam fore Illi opinantur Praelaturam. Sed em! alia esse consilia hominum, quam secreta Dei, docuit eventus, cum Sigismundus Ladowski Abbas Trocens. nuperrime geminatis acclamatus plausibus, post suam electionem quartum nondum finito Anno vitam suam finivit, die 9. Martii 1689 Anno et Tumulo immixtus resurrectionem mortuorum expectat.

Carolomanus Mystlin'ski, Abbas Trocensis XXIV.

Anno 1689. Carolomanus Mystlin'ski votis confratum cogitur esse Abbas Trocensis, susceptum tandem hoc Regimen suavi et timoris et amoris mixtura sciuit temperare, ut nec amor obesset reverentiae

Praelati, nec timor amoris officio deesset. Inter plurima, quae sapienter fecit, illud maximum fuit, illa summa animi remissio, quam in ultima vitae suae periodo Anno 1719. die 3. Martii luculentius expressit, exactis in Praelatura Trocensi laudabiliter 30. Annis; praesciens dissolutionem sui corporis imminere, convocatis suis Patribus et Fratribus, protinus in Troki residentibus, auctoritate Abbatiati serio et sub obedientia dixit et inhibuit, ne post Ipsius mortem exuvias ejus mortales, in publico sepulchrari solo sepeliant, sed extra Ecclesiae Fores absque ulla pompa humare, plebeo more, in terrae visceribus praecipit, et in loco ante Fore majoris ad Ecclesiam introitus, ubi Ipsi indicavit, qui locus stillicidiis et introeuntium Hominum pedibus est obnoxius, gravi dicendo sermone: Confratres charissimi, haec mea est ultima voluntas, sic sepultus iri, ut sanctuarium intanter Christi Fideles super Caput meum prius excutiant pulveres pedum suorum et calceamentorum sordes, dictum factum est, sic sepultus est extra Fore Majoris Ecclesiae Vetero Trocensis ante immediatum ad Ecclesiam introitum, resurrectionem Carnis suae expectat et vitam aeternam venturi saeculi.

Theodorus Lielonacki, Abbas Staro-Trocensis XXV.

Aemulatur umbram honoris fugientes insequitur, fugit insequentes. Theodorus Lielonacki, hic sisto, qui ex monacho. Synecensi non tantum successive, sed et insimul ad varias Praelaturas electus, vix non semper invitatus praeesit, nunc Prioratum Synecensem, nunc Praeposituram curatam Tuchovianam, insimul et Prioratum denuo Synecensem, tandem Praeposituram curatam in Kozielna Wiesi, successive plus quam 10 Annis fructuose et laudabiliter regere coactus fuit. Denique Anno 1719. Infulam Trocensem suscipere debuit et insimul

Prioratum Tyn. per biennium continuare. Tandem Anno 1721. in generali Capitulo Electionis, in Tyniec celebrato, per vota iterum, iterumque Theodorus Zielonacki, Abbas Trocen., in Priorem Tyn. eligitur pro triennio; volens, nolens utriusque Praelaturae: Trocensi et Tynecensi Prioratui praesidere cogitavit. votorum pluralitate, fuit quidem Sps. nimia harum Praelaturarum magna distantia, videlicet 91. polonicae miliarium nimis importuna et difficilis, ast tamen amore communis boni et fraternae charitatis hoc iugum suae et onus leve, dignissimo Praelato, auxiliante Deo, videbatur: praestitit, et in Troxi, qua Abbas, et Tyniec, qua Prior, ubique laudabiliter gessit se. Tandem a professione sua regulari exactis annis 46, in Abbacia Trocensi Annis 10., negotiorum causa, Anno 1729. die 27. Julii Vitnae commorando ibidem mortuus est, in Tumulo Monialium Benedictinarum Vitnensium sepultus requiescit.

Caetius Jaxielski, Abbas Trocensis XXVI.

Primus Praelationis gradus Caetio Jaxielski fuit Miha Abbacialis Anno 1729. pluralitate votorum invito Illi imposta fuit; jussus esse Abbas Trocensis Monachum non deposuit, sed ab altis humilitatis fundamentis exorsus, vitam, moresque ad Benedictinae Regulae normam ex amissim composuit, vitam regulari observantia, adeo ornavit, ut unum pene exemplar fuerit totae Congregationi Benedictinae Poloniae, cujus generale Regimen ternis vicibus suscipiens solliciti Praevidis curam assumpsit, apprime fuit ad mores compositas, probatus ad sanctimoniam, paratus ad obedientiam, mansuetus ad patientiam, rigidus ad censuram; in iudicio rectus, in consilio pro-

vidus, in iudicando discretus, in disponendo industrius, in agendo strenuus,
 in loquendo modestus, in cura rei familiaris, non anxius, rei alienae
 non cupidus, suae non prodigus, ubique et in omnibus conspicuus, verbo:
 omnia boni Praelati elogia possedit Cantius Saxielski, Abbas; quo-
 propter omnibus Praelatis, cunctis Magistratibus unice charus, et in
 consiliis Ipsius frequens fuit. Ille est, qui Patres Tynecenses sua Prae-
 sidentiali Authoritate cum Congregatione Benedictino Poloniae confederavit,
 fraterno casto amore copulavit, anno 1239. Qui Patres Tyn. die
 trepidantes timore, ubi non erat timor, distulerunt effectuare suum
 assensum, Cantius Saxielski Abbas et Praesens sua affabilitate
 et lenitate inane Tynecensium excussit timorem et ad amplectendum
 Congregationem Tynecenses et Lubinenses induxit. Postquam ille
 Monasterio Trocensi laudabiliter praefuisset 34. Annis, tandem Anno 1266.
 prae senio et sua senectate plusquam 26. Annos vitae suae numerando
 Abbatiam suam Trocensem resignavit et ad Tyniec, locum suae Professio-
 nis venit. Is, qui multoties toti Benedictino-Poloniae Congregationi praesidendo
 imperabat, demum sponte in Tyniec discipulum egit, magis subesse, quam prae-
 esse voluit, cum sic factum fuerit venerando et emeritissimo Ex Abbate
 Cantio Saxielski, virtutis Magistro Conventus Tynecensis, Prioratum Tucha-
 vianem, ad sanctam Thaumaturgam, commisit; obedivit Cantius Ex Abbas,
 reverenter locum sibi assignatum adivit, exemplariter administravit, mortem
 sibi imminentem, non, ut multi formidant, spe haud formidabat, sed
 citius ut veniat securus saepe invitabat; dum quot diebus cum ne-
 queat pedibus debilitatis nixus aliorum manibus, ut rei divinae in-
 teriret, per templam ante mortem ejus, in Silesia adrepit, non tam casu fortuito, quam nutu dei, immediate
 Ecclesia Thaumaturga Mariana Tuchoviensi, ante ultimum gradum
 Altaris S. Benedicti inventus est in terrae visceribus loculus, alias
 fornix absconditus, penitus omnibus ignotus, affabre ex lateribus efor-

matas, vix tres urnas, seu tumbas, capere valens et proorsus vacuus; hac
 foruita novitate Ex. Abbas Cantius Jaxielski nimis contentus fuit, et
 suos ibidem Residentes Patres exorabat, quatenus post mortem Ejus in
 hoc tumulo, sic invento, sepelirent; dictum factum est, nam eodem Anno
 1768 die 20. Augusti Cantius Jaxielski, Ex. Abbas, mortuus, primus et so-
 lus in hocce novo Tumulo invento, contumulatus requiescit.

Benedictus Falenski, Abbas Trocensis XXVII.

Anno 1766. post resignationem Abbaciae Trocensis per Cantium Jaxielski,
 Abbatem, factam, eodem Anno Benedictus Falenski, Abbas Trocensis concor-
 dibus Fratrum Synecensium votis acclamatus fuit; hoc onus et munus
 humiliter suscepit, plurimo mox in providenda et promovenda pietate
 studio incubuit et illustravit; prima illi fuit cura hoc exemplo monstra-
 re, quod verbo doceret; ubi tamen cum aliis agendum uti Homines sine
 Hominiibus esse non valet, sincera charitate et suavitate mores suos con-
 diebat, nulli molestus, nulli onerosus, non aliorum curiosus, sed sui stre-
 nuus tantum Censor fuit. Monasterium muratum Trocense, magno suo
 proprio sumptu murare coepit, sed praeveniente sua morte perficere non
 potuit, reliquit hoc finiendum grato suo Successori. Anno 1777. Stra-
 nicierum causa luenda, sese contulit in suum Trocense Praedium,
 a Troki 40. Miliaribus distans, in villa sua fundationali, dicta Ob-
 rowa, inchoata ibi distlimitatione officiose cum Confinantibus, Ipse
 quoque coepit languere morbo, quo in dies validius ingravescente vi-
 tam finivit die 11. Maji, eodem, ut supra, Anno. et de Obrowa tran-
 slatus ad Monasterium Horodiscense Benedictinorum, inibi factus
 in Tumulo socius mortuorum, Abbatiam suam Trocensem viduatam
 Pastore moerore affecit.

Caelestinus Sydrinski, Abbas Trocensis XXVIII.

Parce moerori Abbacia Trocensis, parce luctui, non tam obivisse, quam in Caelestinum Sydrinski, tuus vigilantissimus Pastor Benedictus Falenski, Abbas Trocensis, videtur abivisse, adeo hunc Ille in humanitate et docterina, ac moribus exhibet, ut sola tantum Persona non idem esse referat, inter utrumque a primis religiosis exordiis conciliata amicitia, quae semper individuus fecit, ac tandem etiam Anno 1777 felix fortuna coelitus Caelestinum Sydrinski, Benedictinum Tyn., immediatum Ipsius successorem Abbatialis Trocensis Dignitatis constituit: Bonum omen, quod etiam et praeconia laudum, amicissimi sui Antecessoris gloriose subibit. Sed em! necia mens hominis ~~fatis~~ fati sortisque futurae eventum. Caelestinus Sydrinski, Abbas Trocensis, non diu felix; nam post ultimam dismembrationem Regni Poloniae Anno 1794 factam Caelestinus Abbas multis oppressus calamitatibus et imminentibus periculis ex suo Trocensi Monasterio et Abbacia migrare debuit, iam amplius non reverurus, et sic in luctu brevem, abhinc trahens suam vitam lucubri fato perfunctus Tumuli honorem in Monasterio Benedictinorum Horodiscensi Anno 1802. invenit. Quo sic facto ab inde Abbacia Trocensis vacare coepit et forsan in saecula saeculorum vacabit. Post dismembrationem Regni Poloniae Abbacia Trocensis a Tyniec avulsa est independentes.

Index

Abbatum Claustralium Monasterii Benedictino-Trocensis, principali suo
 Archi-Coenobio Syn. subjecti, a prima fundatione Anno 1404 Synecio
 incorporati Jure perpetuo.

N ^o	Abbas ex Synecio.	Anno electus.	Annis praefuit	Adnotatio.
1	Lucas Abbas	1404	11.	
2	Albertus Legotha	1415	7	tandem resignavit.
3	Jacobus	1422	20	
4	Nicolaus	1442	9.	
5	Andreas I	1451		ignotum quot Annis fuit.
6	Joannes			ignotum quo Anno electus
7	Martinus			" " " "
8	Albertus II	1472.		ignotum quam vii fuit.
9	Andreas II			ignotum quo Anno electus
10	Stanislaus Gajen			" " " "
11	Bernardus de Wielicina.		22	" " " "
12.	Stanislaus a Pracovia.	1530	21	
13.	Felix Stuiewski	1551	29	
14.	Mathias Goryczka.	1580	15	
15.	Clemens Sieracki.	1595	3	tandem resignavit Abb.
16.	Thomas Pantowski.	1598	18	post resignavit Abb.
17.	Joannes Chelstowski.	1616	9	
18.	Martinus Morzycki.	1625.	12.	tandem resignavit Abb.
19.	Alexander Nowomski.	1637.	17.	
20.	Caelestinus I Lopacki	1654	3.	
21.	Stephanus Kobienycki.	1657	19.	
22.	Stanislaus Strygielini	1676.	9.	post resignavit.

№	Continuatio Abb. Proc.	Stechus anno	Praefat.	Adnotatio
23	Sigismundus Zdrowski.	1685	4.	
24.	Carolomanus Myslinski.	1689.	30	
25	Theodorus Zielonacki.	1719.	10	
26	Cantius Savielski.	1729.	34.	post. resign.
27	Benedictus Falgcai.	1766.	11.	
28.	Caelestinus Dydrinski.	1777.	25.	fou ultimus.
29.	(Ktoś inny błądnie do- pisat: Florian. Amandus Janowski, Epp. Jarow. 1786, rom. + 1801.			



III.

Transsumptum ex autographo exdivisionis Bonorum Tynecensium inter Conventum Tyn. et Abbatem Commendatarium Tynecensem, ut sequitur.

In Nomine Domini. Amen.

Cunctis ubique sit notum: quomodo Anno Domini 1739. die vero 3. Julii, Pontificatus auctem S^{mi} in X^{to} Patris ac Dⁿⁱ Nostri Clementis Divina Providentia Papae XII. Anno Ejus 9. Ego Officialis deputatus infrascriptus vidi et legi quasdam Litteras Apostolicas sub plumbo, more Romanae Curiae, expeditas, tenoris sequentis, videlicet: Clemens Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto Filio Nostro et Sedis Apostolicae Nuntio in Regno Poloniae commoranti salutem et Apostolicam Benedictionem. Romani Pontifices providentia circumspecta Ecclesiis et Monasteriis singulis, quae vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut Gubernatorum utilium fulciantur praesidio prospicit diligenter, ac Personis Ecclesiasticis quibuscumque, praesertim Pontificali Dignitate praeditis, ut suis opportunitatibus congruum suscipiant levamen de subventionis auxilio, prout decens est, providet oportuno. Cum itaque sicut accepimus Monasterium Abbatiale nuncupatum Tynec, Ordin. S. Benedicti, Cracoviensis Dioecesis, quod b. m. Theodorus Polocki, dum viveret Archi. Episcopus Gnercensis, in commendam sui ad vitam ex concessione Apostolica et dispensatione etiam dum viveret obtinebat. Commenda huiusmodi, in quem dictum Monasterium ex simili concessione Apostolica ad vitam obtineri consuevit, per obitum dicti Theodori Archi. Epipi. Nos tam eidem Monasterio et Gubernatore utili et idoneo, per quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat, quam Vene-

rabili Fratri Nostro Christophoro Antonio Szembex, nuper Ep̄o Vladislaviensi, cui tunc praeerat Ecclesiae, tenebatur per Nos absolutus, ad Metropolitanam Ecclesiam Gnesnensem Apostolica Auctoritate translatus fuit, et pro quo Charissimus in X̄to Filius Noster Augustus Poloniae Rex Illustris vigore Indulti Apostolici, Ei nuper per Nos concessi, supplicavit, ut statum suum juxta Pontificali sui Dignitatem et exigentiam decentius tenere valeat de alicujus subventionis auxilio providere, ac specialem Gratiam facere volentes Ipsumque Christophorum Antonium Archi-Eppum a quibusvis suspensionis et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris a Jure vel ab Homine absolventes, et absolutum fore censes, verumque et ultimum dicti Monasterii vacationis modum, ac Eidem Christophoro Antonio Archi-Eppo post exdivisa bona, juxta concordatum Monasterii Synecensis Auctoritate Nostra praefata, assistens facias Ei a dilectis Filiis Conventus ejusdem Monasterii reverentiam congruentem. Datt. Romae, Anno 1739...

In termino hodierno Nobiscum ad invicem concertato et pro hac die, locoque in Synec praefixo.... Nos Commissarii Delegati Auctoritate Apostolica et Regia etc... ac Illustrissimi, Excell. et Reverendissimi Sni Nuntii Apostolici ad Monasterium Synec descendimus, ibidemque Jurisdictionem Nostram Commissorialem in ordine ad faciendam ex-divisionem Bonorum Abbaciae Synecensis juxta obloquentiam Concordati Article 3 et 4 expressam in Dei Nomine fundavimus, qua fundata... habitisque Inventariis more oeconomico sufficienter conscriptis ad institutionem Mariae generalis omnium Proventuum processimus, eaque examinata diligenter statu singulorum Bonorum ad summam universalem 69,983 flor. pol. 10. gro. computavimus, quae taliter computata et constituta Bona ad praefatam summam ta-

xata in tres sortes divisimus, ac ex his ratione quarum Partium pro
 Abbate Commendatario Tynecensi nunc et pro tempore existente Bona
 sequentia, videlicet: Villas: Radiszow cum Praedio, - Wola Radiszow-
 ska, Oppidum Skawina cum Suburbio, - Praedium Skawina ibidem, -
 Czutow cum Praedio, - Czutowex et Rybna in Summa 1500 fl. pol.,
 - Wilkow 1206 fl. pol., - Xiginice 10000 fl. pol., - Opatkowice 3600 fl. pol.,
 - Lapczyca 3000 fl. p., ^(Karwin 3000 fl. p.) - Opatkowiczki 1250 fl. p. f. Podzaniow 500 fl. p.
 Bryska cum Praedio et Praedium Krajowice, - Oppidum Kotaryce
 cum Suburbio, alias Mawsie, - Wroblowice, - Ktodawa, - Lipnica -
 et Lora in Bryty 7000 fl. p., - Szborzyn cum Sawennyn et La-
 gurze 2000 fl. p., - Przeczyca 1200 fl. p., - Zagurany 2,533 fl. p. 10. 970.,
 Xborowice 2500 fl. p.

Intuitu vero tertiae partu Bona infrascripta, videlicet: Tynec cum
 Praedio, - Piokary cum Praedio Lixii, - Kaszow, - Nowa Wies, - et
 Przejcinia in Summa 3000 fl. pol., - Sciejowice cum Praedio et Sz-
 browka 800 fl. p., - Czernichowex 1000 fl. p., - Oppidum Tuchow cum
 Suburbis majus et minus, - Merna, - Siedliska, - Golanka, - Bro-
 zowa - et Polichty 5000 fl. p., - Umienere cum Czelusnica 2400 fl.
 pol. ac Wanyce in Summa 1500 fl. p. cum omnibus et singulis
 Villarum Subditis et eorum laboribus, ac oneribus non tantum
 Reipublicae sed etiam Monasterio, vigore Privilegiorum ejus prae-
 stari solitis, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Stagnis, Piscinis, Lacubus,
 Tabernis, Molendinis, Fructibus, Proventibus, Redditibus et emolu-
 mentis univervis, nullis penitus exceptis, sed ita late, longe et
 circumferentialiter, prout dicta Bona in suis metis et limitibus
 ab antiquo distincta sese extendunt, Authoritate Nobis recuper
 delegata assignavimus et applicavimus, Decimarque ab antiquo

in Bonis Abbatialibus ad Monasterium Synecense pertinentibus^{69nd}, etiam
 extunc in posterum extadi declaravimus debere solutionem tam pen-
 sionis ad mensam Abbaticalem, quam Canonis pro Fabrica Ecclesiae Sy-
 necensis ex Advocatis seu Scultetis debitam, juxta usum et pra-
 xim antiquam, et hucusque servari solitam, tum Commendatario pro
 tempore, tum Superiori Claustali, sive Monasterio Synecensi respecti-
 ve pendi a Donatoriis demandavimus. Summam vero 372 fl. p., quae
 exsuperat ultra tertiam partem Proventuum pro Superiore Claustra-
 li Syn. exdivisorum penes Eundem Superiorem Claustralem in per-
 petuum debere decrevimus, idque in recompensationem pro villa
 Wilkow, quam vique Privilegii sibi dati, ad certos fines, in eo-
 dem expresso Monasterium Synecense possidebat, et quae Villa
 nunc cessit per Actum exdivisionis pro Commendatario pro tem-
 pore. Demum, quoad pensionem pro Deputatis ex Capitulo Cra-
 coviensi ad Tribunal Regni ad duas partes ejusdem solvendas
 Abbatem Commendatarium pro tempore, ad tertiam autem partem
 Superiorem Claustralem Syn., singulis annis pendendam, obli-
 gavimus. Ad remum Lapidaria, ad praesens desertae, Cracoviae in
 Platea S. Annae sitae tam Commendatario Abbati pro tem-
 pore, quam Monasterio Syn. fuset usum antiquum conser-
 vamus. In quorum fidem praesentes, ac Inventaria suprascri-
 ptorum Bonorum Manibus nostris subscripsimus et sigillis
 communiri fecimus in Archi. Caendio Syn. die 23. Januarii.
 A^{no} 1740.

Dominicus Lochman, Can. Cath. Crac. a Serenissimo Rege et Re-
 publica Deputatus Comm. (d. l.) Hyacinthus Lopacki, Can. Cath. Crac.

Archi-Presbiter Crac. a Ser. Rege et Republica Deput. Comm. m.p.
 (L.S.) P. Sylvanus Frcin'ski, Ord. S. Ben., Prior Tyn., ab Ill^{mo}
 D^{no} Nuntio Apost. deputatus Comm. m.p. (L.S.) Hilarius Kasprzy-
 xi, Ord. S. Ben., Praepositus Koscielna., ab Ill^{mo} D^{no} Nuntio
 Apost. deputatus Comm. m.p. (L.S.)

Transsumptum ex Autographo originali Editionis Bo-
 norum Monasterii Tynecensis Benedictinorum inter Abba-
 tem Claustralem Tyn. et Conuentum.

Stanislaus Benedictus Bartoszewski, S^{ae} Sedis Apostolicae Pro-
 uidentia Abbas Claustralis Tynecensis, Congregationis Bene-
 dictino. Polonae.

Significauimus praesentibus Litteris Nostri quomodo quorum
 interest, aut in futurum quomodolibet interesse poterit Universis
 et singulis, quod cum Ecclesiae et Monasteria, pia Fundato-
 rum liberalitate erecta, sine congrua et sufficiente dote sub-
 sistere non possint, quodque super eorum conseruatione semper di-
 ligentissime intenderint et ne successu et injuria temporum anti-
 quata aliquam paterentur ruinam haereditate suas eum in
 finem ordinauerint. Nos deuotam illorum intentionem adimplere
 cupientes, ad mentem Constitutionum Congregationis Nostrae Be-
 neditino. Polonae, tum Concordatorum Regni Poloniae inter S^m
 Sedem Apostolicam et Seren. Augustum III. Regem nostrum fe-
 liciter modernum Fraustadii nouissime conclusorum, quae tertiam
 partem Bonorum Abbatis Commendatarii in binos fines, uidelicet pro

sustentatione Superioris Claustralis et Fabrica Ecclesiae et Monaste-
 rii disponunt Venerabili Monasterio nostro Synecensi, Ejusque Ecclesiae
 Conventuali pro ejusmodi Fabrica: Tractum Syniec: videlicet Villas
 Syniec, - Piexary, - Lissii, - Karow, - Nowa Wies et Peregina
 in se continentem ad 13000 fl. pol. sub Actu exdivisionis per Commi-
 sarios Apostolicos et Regios taxatam cum omnibus eorum Praediis,
 attinentiis et pertinentiis, Vasalis, Subditis, eorumque laboribus, Agris,
 Pratis, Stagnis, Borris, Sylvis, Rubetis, Piscinis, Lacubus, Molendinis,
 Tabernis, Decimis, cum Fluvio Wista, ambabusque ejus Rippis;
 Bonis praedictis contiguis atque Nauto sive Navigio super
 eundem, universisque in genere et specie eorum Bonorum fruc-
 tibus, redditibus, provenientiis, emolumentis, tam Advocatiis, sive
 Scultetiis in iisdem existentibus, prout recensita haec omnia
 Bona et Scultetiae in se, suisque metis, ac limitibus, longe, late,
 ac circumferentialiter ex antiquo et ad praesens se extendunt, ex-
 dividimus Conventum nostrum Synecensem in realem et actualem
 eorundem Bonorum Possessionem introducimus et incorporamus
 atque immittimus, Eidem praedicta Bona, Tractus Syniec, pro memorata
 Ecclesiae et Monasterii Fabrica damus, conferimus, adjungimus, connecti-
 mus et incorporamus perpetuis temporibus sub ratihabitione Sa-
 sedis Apostolicae Beneplacito. Adaequare vero cupientes parti pro
 Fabrica per Nos exdivisae: mensam Superioris Claustralis, Tractum
 Tuchoviensem cum duabus Suburbis, cum Wolowa, Zagrody, Menna, -
 mediam sortem in villa Luborowa, - Sex kmetiones in Villa Sie-
 diska, - Villam Golonka, - Villam Brorowa cum Polichty, - In Villa
 Waryce mediam partem, - Villam Umieser, - Villam Cielusnica cum
 Gosowna, - Villam Szerejowice, - Ciernichowex et Dombrowka ibidem

situatam penes Gernichowen cum omnibus eorum Praediis, Vavallis, Subditis, eorum laboribus, Agris, Pratis, Sylvis, Borris, piscinis, lacubus, Molendinis, Tabernis, univervisque in genere et specie eorundem Bonorum fructibus, redditibus, provenientis et emolumentis, tum Advocatis sive Scultetis in iisdem existentibus, proutque haec Bona omnia et Scultetiae in se, suisque metis ac limitibus longe, late et circumferentialiter se extendunt per eodem, ut supra, Commissarios (exceptis pertinentis et proprietatis tam Ven. Monasterii Nostri Tynecensis, quam Praepositurae et Prioratus Tuchoviensis per ultimam exdivisionem minime affectis,) taxata, summamque 10,200 fl. pol. efficientia continentem, Eidem 19. Kmetones, quos Scultetus de Chojnik per modum arendae hactenus tenuit, et qui exdivisionem ultimam non intrabant, a quibus valor provenientiae juxta communem Regni nostri aestimationem ad 1500 fl. pol. ascendit, non computatis extra censualibus eorum laboribus et datis, qui aestimati etiam certam summam constituerent adjungimus, qui ita adjuncti complent provenientiam Mensae Superioris Claustralis cum supra dicta Summa 372 fl. pol., quae superat exdivisionem et applicata fuit parti tertiae exdivisae. Conservamus etiam Nobis liberam motituram in Molendino Conventuali, dicto Gajony, vel in Priegina pro usu tantum Mensae Nostrae Abbatialis, non vero Subditorum, et Stagnum Conventuale in Villa Sciejonite pro piscibus in usum pariter Mensae Nostrae Abbatialis asservandis. Convectoriam vero Aquae pro usu Culinae Abbatialis et calefactorem in hyemae communem cum Monasterio habere volumus, prout antea; insuper excipimus Nobis Residentias Abbatiales, juxta Concordatum, cum aliis aedificiis, sive officinis, quas pro commoditate sua Abbates Tyn.

et Famulorum suorum erexerunt ad latus Ecclesiae Conventualis cum Stabulis pro Equis et conservatione Curruum Abbatialium conservato Monasterio penes ejus Foristeria, Stabula et officina in eadem area aedificata et ab abbatialibus distincta. Quod vero attinet pensionem annuam pro 2^{mi} deputatis ad Tribunal Regni ex Capitulo Crae., istud medium Monasterium Tyn. solvere erit obligatum et adstrictum. In quorum omnium fidem et robur praesentes exdivisionis Litteras manu propria subscripsimus et sigillo Nostro Abbatiali, quo utimur, communivimus.

Datt^m in Monasterio Nostro Tynecensi Anno Dⁿⁱ 1754 die 11. 8.bris. Stanislaus Benedictus Bartosiejewski, Abbas Claustralis Tynecensis, Ord. S^{ti} Benedicti, Congregationis Benedictino-Poloniae m. pr. (L. S.)

Appendix.

Quoniam cum temporalia Bona, quae certa dierum mensura et inchoentur et transeant, ideo nos, qui vivimus et oculis nostris perspicimus verae Posteritati pro notitia et admiratione quaedam tristi calamo scribimus sequentia, quae Monasterium notum Tynecense Benedictinorum his temporibus fert casus patienter acerbo, videlicet:

Ab Anno 1741. post primam Regni Poloniae dismembrationem Monasterium Tynecense, situm ad Wistulam a parte ejusdem dextera, pertinere coepit ad Galiciam orientalem per Austriacos occupatam. Bona autem sua fundationalia ab utraque parte Wistulae possidebat, qui Fluvius Wistula ab hocce Anno

1771. coepit dislimitare austriacam orientalem Galiciam a residuo Regno Poloniae ad ~~sin~~ sic dismembrato, quo facto Poloni Anno 1785^{to} Bona Monasterii Tynecensis in Regno Poloniae ad sinistram partem Wislulae situata pro Fisco suo sequestrando statim suis Poloni rivendiderunt, haec sequentia, videlicet: Villam Piexary Praedialem, - Villam Smierdzica dicta cum Praedio, - Villam Liszki, - Villam Karow, - Villam Racza praedialem, - Villam Leiworzany praedialem, - Villam dicta Nowa Wieś praedialem, - Villam Sciejowice praedialem. - In Villa Cernichow solum dictam Cernichowex cum adjacenti Dombrowka, - Villam Zagawie, - Villam praedialem Przegonia, - Villam praedialem in Promnit, - Villam praedialem Wegrzynowice, - Oppidum Opatowice cum praedio, - Villam praedialem Piotrowice, - Villam praedialem Urzuty, - Praecoviae amplam Lapidream adjacentem Ecclesiae Omnium Sanctorum. Haec Bona Fundationalia Tynecensia sic avulsa et rivendita, alia in contiguitate a parte sinistra trans Wisulam non vicis oculis nostris quotidie cernimus, alia vero aliquantulum a Tyniec remotiora moesto animo ingemiscimus; eodem infelici fato a principali suo Monasterio Tyniec affiliata, ab Anno 1404 Abbatia Trocensis avulsa est, et in Majori Polonia insignis Praepositura Curata, dicta Kojcielna Wieś, - nec non et Praepositura simplex Unioj. viensis restricta fuisse. His fati infantis Conventus Tynecensis agitatus quid? an quiete fruatur? minime! Nam A^{no} 1809. post initam Belli pacem inter Gallos et Austriacos Monasterium Tynecense rediit ad Poloniam iterum et Linea nova demarcationis inter Poloniam et Galiciam orientalem Austriacam a Media Wislincza ducta ad oppidum Strawina et ulterius Fluvius Strawinka dictus

utraque Regna, videlicet Poloniam et Austriacam Galiciam orientalem dislimitabat usque ad ostia hujusce Fluvii influentia in Wistulam sub Tyniec, quo facto Villa Tyniec, - Dimediata Villa Szamborek, - Villa Kostnie, - Villa Sidzina Tynecensis, - Villa Opatowice, - Villa Gorkowice spectare coeperunt ad Poloniam seu Ducatum Warsaviensem et harum Villarum conventus Tynecensis ad hucusque manet in Possessione; reliquas autem Villas Fundationales Tynecenses situatas in Galicia orientali Austriaca in sinistra parte Fluvii Skawinna et Lineae demarcationis eodem Anno 1809. statim Fiscus Caes. Regius sequestravit et usumfructum pro se tollit; videlicet ex villis Tynecensibus sequestratis, quarum nomina haec sunt: Villa praedialis Duxow, - Villa praedialis Proziow, Villa dimediata Szamborek et Kopanka, - Villa Porowice, - Villa praedialis Leczany, - Villa Jagodniki cum sorte in Uscie, - Oppidum Brioster cum praediali Mawie et Wola Briosterska, - Villa praedialis Opacionka seu Januszkowice, - sort. in Klerie, - Villa Niepla, - Villa praedialis Chrzastowicka, - Villa praedialis Bironna, - Villa praedialis mediata Wanyce. Eodem ut supra Anno 1809. Item sequestrata Praepositura curata in Tuchow vacat sine pastore, jam ad Annum modernum 1814. et Prioratus particularis Tuchoviensis ad Thaumaturgam B. V. Mariam, tam Praepositura, quam Prioratus ab antiquo incorporata sunt cum. Jure Patronatus principali Monasterio Tynecensi a quo et notata haec Beneficia possident insign. nec Villas Monasterii Tynecensis.



